

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Biblioteki Opactwa Św. Floriania Austria (Stiftsbibliothek St. Florian), sygn. 551/XI, k. 54–54v

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 103 [Gn. 100]

[103] [N]unc^a attendatur super eo, si scultetus aliquem inpedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum iudicem evadere oportet, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Si autem hoc coram iudicio [k. 54v] bannito fuerit actum, cum melius vinci potest testibus iure, quam ipse testibus evadere possit. Sin autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpate pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia super ipsum coram advocato fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum ibi oportet esse presentem, nisi legale inpedimentum ipsum occupaverit. Quod inpedimentum statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam. Extunc condempnatur advocato in decem talentis idem advocatus et illi suum debitum, de quo denegavit, facere iusticiam, et medio quo ille non solverit solus solvit, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus potest esse iudex, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est praemissum. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furtu, aut spolio, aut ecclesie violent[i]a aut incendium [s], aut hiis similia [s], que crimina capitalia tanguntur, idem iudicium super eum, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, nisi in hiis vincitur, ut est iuris. Sin autem unus vir pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit in tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evasit absque sua culpa aut negliencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integram recompensam. Sin autem pro manu, tunc mediam solvit recompensam et hoc ipsum iuramento probare oportet tacto sacramento, qui sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni culpa amiserit. Item non integra recompensa facit decem et octo talenta, media recompensa facit novem talenta.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał N wysokości dwu wersów

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]